

*Q. cui natura sacramenti competit, non  
est baptismus.*

*Q. cui natura sacramenti competit, non  
est sacramentum.*

Resp. Syllogismus est in primâ figura,  
& habet minorem negantem, ex quâ ni-  
hil sequitur. Hoc ut intelligatur, notan-  
dum, partes Majoris esse transpositas, præ-  
dicatum enim præmittitur, ut videatur  
esse pars subjecti. Si igitur partes in ordi-  
nem rediguntur, major est talis. *O id quod  
est baptismus, est sacramentum. Subsumitur,  
quoddam cui natura sacramenti competit,  
non est baptismus.* Hic minor negans est  
in primâ figurâ. Dicis: si majoris propo-  
sitionis partes transpositæ in ordinem re-  
digantur, universalis affirmans, qualis est  
major, simpliciter convertitur, quod est  
absurdum, cum per accidens converten-  
da sit. Resp. Transpositæ quidem sunt  
majoris partes, quæ tamen si in ordinem  
redigantur, non est conversio, ratio est,  
quia ad conversionem requiritur, ut inte-  
græ partes transponantur, integrum sc.  
subjectum in locum prædicati, & inte-  
grum prædicatum in locum subjecti. At  
verò in majori propositione non integri  
termini transponuntur, sed saltem pars  
subjecti,